



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

II. Exemplum docens, quod non filij carnis, sed promissionis, & qui sunt ex fide, benedictionem consequantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Tertia, Est sapientia spiritualis. Ut agnoscamus omnia nasci & prouenire Deo fœcundante, & ei gratias agamus, ac obediamus.

Quarta, Correlatiua. Omnia primogenita seu primitiæ sunt dicatae Deo. Ergo prima cura debet esse de Deo, ut dicitur, Primum querite Regnum Dei.

Quinta, Iste ritus erat commonefactio, de interfictis primogenitis Ægypti, & miranda liberatio ne populi.

Sexta & omnium summa, Ut significaretur futurum esse, ut nascatur CHRISTVS filius Dei, primogenitus omnis creaturæ, & primitiæ ex mortuis, summus Rex & Sacerdos in Ecclesia, & hæres omnium bonorum æterni Patris.

II.

Supra Capite Quarto audiuiimus Ecclesiam Dei non alligatam esse ad primogenitaram, nec dari benedictionem & hæreditatem à Deo promissam propter ullas carnalies prærogatiwas, ut Iohan. 1. dicitur, Qui non ex sanguinibus, nec ex uoluntate carnis, nec ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Item Rom. 9. Non filij carnis sunt filii Dei. Etsi igitur in Isaac hæret opinio, filium Esau fore hæredem, quia erat primogenitus, sicut Adam existimabat Cain primogenitum fore columnam Ecclesiæ, tamen Deus eligit Iacob, qui et si norat communi iure gentium,

d 3 ad se

ad se non pertinere ius primogeniti, sed ad fratrem Esau, tamen & usurpat ius primogeniti, & beneficitionem a patre petit, nixus promissione diuina, quae supra cap. 25. edita est, Maior seruiet minori, ut in re dicitur, Non est uolentis, neq; currentis, sed seruentis Dei.

C A P V T XXVIII.

L O C I P R A E C I P V L.

- I. *De Coniugio.*
- II. *Imago hypocritæ in Esau, qui externo opere simulat se patri gratum facturum esse, cum ducit uxorem tertiam, non ex filiabus Canaan, sed ex posteris Abrahæ.*
- III. *Allegoria Scalæ Iacob.*
- IV. *Descriptio Ecclesiæ. Quid sit, & ubi sit.*

Repetit.